

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.  
**0904**

**0902**

**0908**

**0898**

331

ductores nostri stupebant. Vix enim homo credere posset, quod  
XX homines tanta suppeditati per desertum essent indigiti.  
Oportet enim provisionem habere magnam, ut non patiantur  
defectum per LXII dies, et ut occurrentibus Madianitis et  
Arabibus in deserto habeant dare panes et paximatos, carnes  
fumigatas et caseum, quibus furor eorum mitigetur et ut pax  
sic ab eis ematur. Omnibus ergo rebus nostris eportatis ad-  
duxerunt camelarii camelos ad cumulum, et unum post alium  
in terram prosterentes onerare bestias incepert; nos vero  
eis adstetimus et diligenter manus eorum aspeximus, ne quid  
furarentur nobis, et ut addisceremus etiam onerare bestias et  
camelos tractare. Oneratis autem XXII camelis cum multis  
laboribus et litigiis vocati fuimus per asinarios ad gregem  
asinorum, ut quilibet eligeret sibi asinum, quo per totum de-  
sertum uteretur usque in Aegyptum; convenerant autem asi-  
narii inter se pro eorum pace, ut nullus suaderet peregrino  
eligere hunc vel illum asinum, nec diceret bestiae defectum  
vel bonitatem, sed in libertate nos dimitterent, ut, qui male  
elegisset, non haberet materiam litigandi et inculpandi aliquem,  
nec accipere posset rationem minus solvendi, quam ille, qui  
cum bona bestia fuerat provisus, et in fine, qui optimam be-  
stiam elegisset, solveret pro sociis curtesias vel cibales; ipsi  
enim asinarii sciebant, qui asini erant vel boni vel mali, ae-  
qualiter tamen erant strati omnes. Discurrebant ergo domini mei  
milites inter asinos et nunc illum nunc istum tentabant et  
inter se disceptabant et quamquam duo vel tres peregrini ad  
unum asinum pendebant. Quod ego cernens, ne aliquem offendere  
rem, mea electione recessi de grege et ascendi per gradus  
lapideos usque ad ostium ecclesiae Syon et in limine sessum  
accepi, et deorsum in asinorum gregem respexi eligentes,  
quos consideravi, et in me ipso deliberavi, quam bestiam eli-  
gere vellem. Vidi autem inter asinos unum magnum et album,  
cui aures dependebant, et caput grave videbatur habere et  
speciem pigrae bestiae praeferebat, nec aliquis de peregrinis  
eum tangere volebat. Et ad illam bestiam me limitavi, non  
quod aliquid boui noscerem in ea, sed solum ut dominis nobis  
libus jucunditatem facerem in eo, quod elegi bestiam ab om-  
nibus spretam. Cumque nobiles omnes cum multa sollicitudine

**0913**

**0893**

**0953**

**0853**

**1003**

**0803**

**0403**

**Ende**

**Anfang**

